

Johann Klein von

**Rector Academiæ Rostochiensis, Johannes de Klein ... Ad justa Exeqvialia
Matronæ ... Annæ Neuenhagen Viri ... Dn. Johann. Joachimi Steveri, Senatoris
Rostochiensis ... Relictæ Viduæ Matri desideratissimæ, charissimæ adornanda a
Liberis Mœstissimis Omnes omnium Ordinum ac Dignitatum Cives Academicos
... invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus d. 26. Junii Anno 1713.]**

Rostochi[i]: Wepplingius, [1713]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn768676975>

Druck Freier  Zugang



Klein, J. de,
in
A. Neuenhagen,
uxor. **J. J. Stever.**

Rostock, 1713.



RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,
JOHANNES de KLEIN,

SERENISSIMÆ AC POTENTISSIMÆ REGINÆ BORUSSORUM VIDUÆ, ET SERENISSIMI DUCIS REGENTIS MECKLENBURGICI CONSILIARIUS INTIMUS, CANCELLARIUS ET CONSISTORII DIRECTOR, J. U. D. EJUSDEMQUE IN ALMA PATRIA ANTECESSOR PRIMAR. ET ORDINAR.

Ad justa Exeqvialia
MATRONÆ LAUDATISSIMÆ

ANNÆ  **Seuenbagen**
VIRI

NOBILISSIMI ET SPECTATISSIMI
DN. JOHANN. JOACHIMI
STEVERI,

SENATORIS ROSTOCHIENSIS MERITISSIMI
RELICTÆ VIDUÆ
*Matri desideratissimæ, charissimæ
adornanda*

Liberis Mœstissimis
Omnes omnium Ordinum ac Dignitatum Cives Academicos,
qua fas est, humanitate invitat.

ROSTOCHI, Typis JOH. WEPPLINGI, SERENISS. PRINC.
& UNIVERS. Typogr.



Apientiæ esse, aut
moriqvotidiè, qvô
in æternum viva-
mus, aut qvi mori
nolunt, æternita-
tem seriô cogita-
re, in qvâ semper vivitur.

Hujus tertii Programmatis funeralis inîtium; quod præcedanei proximi Lindemañiani finis erat, si evinci & probari alio non posset argumento, sola de vitæ nostræ termino inevitabili doctrina sufficeret, quocunqve etiam è fundamento deduci hæc vellet. Sivè enim fortunæ, sivè fato aut longinqvitas, aut brevitas ejus adscribi debeat, certitudo tamen ejus remanet, & nec fortuitum, nec fatale, qvô ultimô juxta HOMERUM nec Dii etiam sibi amicissimos, quando impendit fatalis hora, à mortè vindicare possant, sufficit tollere destinatum vitæ nostræ terminum. Hinc enim SENECA: *Stat, inquit, terminus nobis, ubi illum inexorabilis fatorum necessitas fixit*, & MACROBIUS trahit huc illud de Deiphobo ex vi Æneidos:

Explebo numerum; reddamqve tenebris.

RAYMUNDUS LULLIUS (cujus libros multi Hispani venerantur quasi cælo delapsos) id scriptum reliquit: *Unicuique terminus vitæ à Deo est statutus, quem nullo ingenio transgredi possumus*, & qvi vitæ terminum necessitate fati devinciunt, præter varia S. Scri-

Scripturæ loca aciem animorum divinæ Providentiæ splendore perstringunt.

In prolixam hodiè deducerer Præfationem, & ad materiam præcipitarer talem, ut ne pagellarum angustia sufficeret, nec instituti mei posset haberi ratio, siquidem tot opinionibus dissidere deprehendo eruditos, quot ferè reperiuntur. Acutè quisque loquitur; Pugnans rationibus, experientiâ, auctoritate; eunt permixti veteres recentioribus, Græci Latinis; Gentilium audiuntur oracula, & Christianorum, Stoicorum & Peripateticorum, & ubiq; diversa sententia est. Unde id mihi hodiè dixisse sufficiet, si dixero: quod caveant omnes, tam qui vitæ terminum fato alligant, aut decreto peremptorio, quàm Hypothetici Doctores, ne ante determinatum vitæ terminum moriantur; nam suo dogmati, quod è Scholis hausere, obstreperit tacitè sollicita de se & ubiq; ferè conditionalis natura, & licet fortè contradictoria loqui videatur Stoa & amor nostri, tamen non minus avidè manum medicam deposcit, illa, quàm hic. Sic mens integra & sibi relicta corrigit scholasticum acumen, & Zenonias voces redarguit timida salus. Unde cum Sanus est Stoicus & ambulat, pro absoluto decreto pugnat, tanquam pro aris & focis, sed cum ægrotat, non minus condiciones amat, quàm Peripateticus. Hinc cum nauseat ad ingratas dapes miser ventriculus, mordet Stoicus acida, vel pomum cæphagi ostio imponit, ne istam longius vivendi conditionem egerat delicatior gula. Quoties castigatum ventosâ fennâ abdomen officium facit, magnâ attentione numerat naturæ labores, ne condiciones vivendi ulterius neglexisse videatur; nam experitur quotidiè

non solum eos mori, quibus frontem rugæ arant, manus pedesque præ senio tremunt, sed extingui morte alios, quibus naturæ & virium robur dilationem ad ultimum vitæ in senio terminum certissimam dedisse videbatur; & sic quotidiè juxta Horatii verba vident omnes:

Mista Senum ac juvenum densari funera.

Hæc igitur recensita cum non aliud pariant Epiphonema: quàm quod omnibus moriendum sit, licet & alio mortis genere, & diversis vitæ spatiis, ad similem facibus accensis eventum, dum si quis faces accendit plurimas, pro pabuli mensura vivit gliscit; quælibet, & illud cum aut deficit, aut aufertur, extinguitur & hæc & ista. Dant dicta simul ansam hodiè cogitandi, quantæ sapientiæ hinc sit, **quotidie mori.**

Nam sapiens, dum non tantum quotidiè cogitat de termino vitæ inevitabili, sed simul omnem diem sibi ultimum credit, omnem horam supremam, quia omni die & horâ vitam Deo debet, de suâ etiam morte cogitat omni die, & illum verè suum habet, quo moritur, non priorem, non posteriorem.

Hæc consideratio id sapientiæ porrò operatur, ut licet talis longius vivat, ipsum tamen non vexet mortis metus, quia cavet, ne dum plus annorum simul plus peccatorum numeret, sic sapienti cogitatione ad vitæ suæ terminum, vitæ morumque simplicitate certat contendere, non sine felici beatitudinis æternæ per meritū Christi certò successu secuturo, quam sapienter cogitando firmâ in Redemptorem suum fide non sine insigni delectamento firmiter sperat.

Et sic ut sapientia in cogitatione moriendi quotidiana non egregia modo, sed Primaria est;

est; ita nec minor illa est, quæ in iis se manifestat; qui dum mori nolunt, æternitatem tamen seriò cogitant, in quâ semper vivitur.

Utut enim hætenus perquam diutissime vivere amaverint, imò horruerint mortem, cogitatione tamen seriâ enatâ & iteratâ de æternitate facile cognoscunt, quod omnes sub vitâ diutissimâ non nisi modicè vivant, si vitam spectant æternam; facile cognoscunt, quod qui non mori amant, nec à miseriâ liberari cupiant; facile cognoscunt, quod qui longius vivere volunt, studeant sapere; facile cognoscunt, quod dum student sapere, vitam non esse vitam, quæ virtuti non impenditur; facile sic cognoscunt, neminem, qui malus est, diu vivere, quia quicquid etiam vitæ ipsi fuit, perit; facile sic cognoscunt, neminem bonum autem breviter vivere, quia omne in lucro habet, quod hæres futurus melioris famæ & vitæ, & melioris vitæ telam aggrediatur, tunc cum detextam esse oportuit. Sic uterq; & de morte, & de æternitate quotidie cogitans, sapiens est, & sic piè, sic justè, sic sanctè in hoc mundo vivit, & expectat quotidianâ tam sapienti hâc cogitatione salutarem vitæ terminum, qui ad vitam, quæ sine termino est, perducit.

Confirmationem hujus sapientiæ tanquam bonæ mentis & salutis æternæ per meritum Christi obtinendæ custodis suo voto quotidiano eodem dat Apostolus PAULUS, eò, quod candidè asserat: **Ich sterbe täglich** / & si aliud adhuc testimonium omni

porrò contradictione majus addi debeat; Moses dicit, Primariam sapientiam esse hanc: **de morte quotidie cogitare.**

Et hanc veram sapientiam more omnium sapientum Christianorum Beata nostra pro virili sibi habuit commendatam. Hinc longius utut viveret & vitæ suæ terminum ad senium usq; duceret, non tamen ipsam vexavit mortis metus, nam sapienti de morte & æternitate cogitatione castigavit imprudentes vitæ impetus, & mortem hinc avidè secundum Dei voluntatem expectavit, usq; dum ea diè 18. Junii secuta est inter preces & lacrymas adstantium, hora matutina nona cum audiretur.

Non jam diffiteor quod relictis & filiis & filia super obitum suæ dilectissimæ Matris tristis & luctuosa inducta sit sensatio; non tamen est, ut lugentes de morte, aut de ordine conqueri jure possint, nam deseruit Mater mundum hunc ante liberos suos, quem intraverat ante eos, & sic satura hujus scenæ ad loca ea ivit, ubi eadem semper erit nec mutabilis cœlestis scenæ facies, ubi opes caducas æternitate, vitam fragilem multis molestiis sociam immortalitate, & **Matris Aviaë, deniq; & Proaviaë** famam **divinis honoribus** commutavit. Decessit hinc quidem educationis suorum olim Dux, morum Magistra & pietatis inter suos domesticos Norma, sed filiis & filiaë lugentibus inde modo levior ejus mors esse debet, cum ex ejus vitâ fructus perceperint uberimos; Bene secum actum putavit hætenus Mater, quod Liberos genuerit Christo, Virtuti, & sibi; Christo in peculium, virtuti in exemplum, sibi in auxilium & oblectamentum. Vixit quantum per humanam

nam

nam imbecillitatem licuit ; pie , juſtè , ſanctè , nec obiit alia , quàm vixerat, fide ſcil. in Chriſtum conſtanti , & erga Proximum amiciffima ac officioſiſſima. Feliciter exceſſit , nam in ſuperſtitibus tot optimis Filiis & Filia renaſcitur indies , & eas vidit non modo gliſcere, ſed ſplendere in iis virtutes, quibus viva maximè excelluit.

Hæc non levia relictis lugentibus ſolatia ſunt, eaque non minora , quod iſtis mater ea ætate erepta ſit , quâ vita noſtra jam dudum morbus fuit , eò ſenectutis gradu, nam annum octuageſimum primum complevit , & ſic eo vitæ termino, infra quem pluri mi deficimus, eò morbi genere, qui ſœminis frequentius contingit , eo mortis genere, ut nec nimis acerbâ illa nec cruda dici mereatur.

Morbi dictum & mortis genus brevibus delineat Medicus , Profeſſor, ac Poliater celeberrimus, Vir Præ-Nobiliffimus , Ampliſſimus, & Experiendiſſimus Dn. *HABERMANNUS* ſequentibus:

Morbum Matrona Beatiffima quod attinet , laboraverat illa per 5. circiter meſes paſſione Hypochondriaco-Hyſtericâ ; præcipuè eam exagitabant vehementer ventriculi torſiones & ſpasmî, cum ſummis doloribus ad animi uſque deliquium , quos paroxyſmos qualibet vice ſeqvebatur Icterus per aliquot dies durans. Complicabatur huic malo ſcorbutus propriè ita dictus , dolores ſcil. crurum cum maculis lividis ; omnia mitigabantur ab uſu medicaminum patienti, & ſolicitâ diata ; ita ut ante aliquot ſeptimanas lectum relinquere poſſet , reſtitante ſola adhuc Vertigine per intervalla accedente. Ejusmodi infelici vertiginis paroxyſmo correpta cum obambulare in domo ſua , è præcipiti ruinam patiebatur , quo ſubito caſu caput præſertim vehementer concuſſum, & quoad partem ſanguine ſuffuſum

sum extitit, subsequente intra aliquot horas lethali Hemiplexia, & post paucos dies beata analysi.

Mortis genus induxit casus ad terram inopinus, quem fatalem jam olim PHILIPPUS MELANCHTHON in senibus notavit, ut hinc observatio ipsi facta sit, quod *senes ante obitum plerumque cadant.* Cogitandum igitur porro in solatium superstitibus Filiis Filiæque est, quam diu habuerint Matrem, Matronam Venerandam, & mittant animum potius in Præteritum tempus, quam in futurum, sic ejus recordatione se recreare poterunt, cujus preces, amor, favor, sollicitudo materna & quæ alia inde emanarunt bona, ipsis fuere charissima. Hoc probè pensitantes, ipsi interpretabuntur ingratorum esse, beneficium à DEO accepti finem injuriam interpretari, nam habuisse inter Parentes & Matrem bonam bonis maximi est, & singulare numerandum DEI beneficium, & diu & perquam diu eam habuisse, duplex DEI & gratia, & duplex beneficium habendum, quod in hoc felicitatis genere vel summum superat, at carere eâ nunquam velle, esset inhumanum. Quibus omnibus autem non volo, ut Lugentes præsentis funeris dolorem non sentiant, sed non volo, ut non ferant. Nam optimo pietatis & rationis temperamento Matris Matronæ obitum dolere possunt & eundem dolorem vincere. Cur enim tot laboribus & laboriosis annis defunctæ Matri invidere vellent quietem? aut post emensos humanarum & suarum (cum neutri in hæc miseriarum valle parcat,) calamitatum fluctus ægrè ferrent in portu eam navigare? Et cur matrem bysso amplius & serico implicari voverent mundano relictis lugentes, quam bysso jam (ut est in Apocalypsi) investivit Agnus albo & mundo. Hinc acquiescent

quiescent potius in DEI sanctissima voluntate, & gratulabuntur Matri mortuæ, ac beatitudinem è longinquo dilectissimæ & Venerandæ suæ apprecabuntur, cum jam DEO fruatur propius, & suis gratiæ immensæ donis recreetur in æternum. Ut autem etiam constet, quibus parentibus nata jam beata nostra sit, sequentibus patebit. Nimirum nata est Rostochii die 23. Aug. Anno 1632. Patre Nobilissimo & Strenuo Dno. JOHANNE NEUENHAGEN, Præfecto Ducali Meclenburgico Præfecturæ Gustroviensis & Schwanensis fidelissimo. Et Matre Fœmina sui sexus virtutibus condecoratissima, ANNA Habemannæ. Avus Paternus fuit Vir maxime conspicuus JOACHIMUS Neuenhagen/ Prædii Ducalis BLIESCAW Administrator per multos annos maximè industrius. Et Avia Paterna MARGARETHA Leppins / B. Bartholdi Leppinen / Senatoris olim Rostochiensis meritissimi, neptis laudatissima. Avum Maternum venerata est, Virum spectatissimum JOHANNEM Habemann / Consulem Civitatis Crœplinensis meritissimum, & Ærarii Ecclesiastici ibidem Præfectum fidelissimum, & Aviam Maternam ANNAM Rüsters / PETRI Rüsters / Civis hujus Civitatis Primarii & Fœminæ honestissimæ ANNÆ Brüggens Filiam. His optimis Parentibus nata, & per Baptismum renata Nomen ANNÆ obtinuit, & ut chara Parentibus erat, ita simul omni cum cura educata & fide vera & virtutibus sui sexus convenientibus imbuta est, quamquam DEI ex beneplacito Parente suo optimo, cum vix annorum sextum compleverat, pestis ferociâ Aō. 1638. orbaretur, Mater tamen debitam educationis Filiolæ suæ charissi-

B

mæ

mæ curam continuabat , unde etiam cum Mater ad secundas nuptias cum Viro spectatæ prudentiæ Dno. HERMANNO Dornkampff / Cive & Oenopolâ Primario transfret , & sub cura & educatione Sororis Avi Materni probatissimæ ANNÆ HAVE-MANNIÆ , Viri Nobilissimi & Prudentissimi ERNESTI SIBRANDI , Senatoris hujus Civitatis Spectatissimi Viduæ afflictissimæ relicta est , cum autem Mater Honoratissima altera vice Vidua & rem familiarem Rostochium transferret , sub sollicita suæ dilectissimæ Matris cura revocata Filia est , Matricque usque ad obitum ejus Ao. 1652. evenientem , juncta mansit , commendata à moriente Matre DEI tanquam orphanorum Patris tutelæ & gratiæ , cujus singulari directione hinc etiam factum est , ut Vir Nobilissimus ac Prudentissimus JOHANNES JOACHIMUS STEVERUS , Senator hujus Civitatis longè dexterrimus , Virginem hanc virtutibus sui sexus condecoratissimam in matrimonium expeteret , eamque anno 1654. mense Februario vinculo conjugali exoptato sibi jungeret .

Matrimonium hocce ut pietate erga DEUM , impensissimo amore in Maritum , prudentia rei familiaris integra , & officiis paratissimis erga proximum fuit conspicuum , ita & clementissima DEI benedictione fuit fecundum . Vidit quippe ex se natos septem Liberos , quinque nimirum Filios & duas Filias , quorum nomina sequenti pagellarum spatio eâ quâ par est laude adducenda sunt , & Familiæ incrementa decenti ordine notanda .

Filius natu primus est Vir Prænobilissimus & Consultissimus , JOHANNES CASPARUS STEVER ,

VER, Statuum Provincialium Meclenburgicorum
Syndicus dexterrimus, qui è primo conjugio suæSua-
vissimæFœminæ, sui sexus virtutibus condecoratissi-
mæ, ANNÆ MAGDALENÆ ab HILLEN, Civis
hujus urbis & Mercatoris Primarii HERMAN-
NI FRIDERICI ab HILLEN, ut & ANNÆ
HAGEMEISTERIÆ unicæ Filiæ 1703. d. 6. Martii
piè denatæ duos suscepit Filios & quinque Fi-
lias, è quorum Filiis natu minimus JOACHI-
MUS CHRISTOPHORUS, eximiæ indolis & spei
juvenis, A. 1712. mense Sept. florentissimo ætatis vigo-
re mortalitatem deseruit, natu maximus autem JO-
HANNES FRIDERICUS, Mercaturæ destinatus ne-
gotiis, in celebratissima Hamburg. Civitate electum
vitæ hujus genus egregia cum laude & fidelitate pro-
sequitur. Ex Filiabus autem primaFœmina suis vir-
tutibus maximè conspicua, ANNA DOROTHEA,
data est in matrimonium Viro Nobilissimo & Amplif-
simo JOHANNI CHRISTOPHORO ATTEL-
MEYERO, J. U. Doctõrando dignissimo, & Camerae
Civitatis hujus Secretario meritisimo, quo Conjugio
felici & fœcundo Beata nostra Proavia est facta 4. Pro
nepotum: JOHANNIS CAROLI, CHRISTIANI
FRIDERICI, ANTONII, & ERNESTI LUDOVI-
CI. Altera Filiarũ Filia sui sexus virtutibus laudatis-
sima REGINA ELISABETHA elocata est in connu-
bium Viro Præcellentissimo ac Præclarissimo Philo-
sophiæ Magistro celeberrimo, J. U. Candidato di-
gnissimo, & Statuum Provincialium Meclenburgico-
rum Secretario fidelissimo, JOHANNI DECKERO.
Reliquæ tres Filiæ SOPHIA MAGDALENA, JU-
STINA MARGARETHA & LOVYSA CATHA-
RINA Virgines omni sui sexus decore & virtutibus

Præstantissimæ cum reliquis omnibus superius nominatis supersticibus filiali dolore deplorant obitum Aviæ suæ honoratissimæ, quem non minori luctu prosequitur prælaudati Dni, Syndici Conjux altera Suavisissima, & Liberis non Noverca sed dulcissima Mater, ANNA CHRISTINA NIEMANNIA, Amplissimi quondam & Prudentissimi Viri JOHANNIS NIEMANNI, Senatoris & Proto-notarii hujus urbis optimè meriti, nec non non ANNÆ SUTERIÆ Matronæ Nobilissimæ Filia lectissima, & virtutibus sui sexus laudatissima, hincque à Beata defuncta non ut Filia thoro filiali adscita, sed ut thoro maritali proegnata, tenerrimo amore dilecta est.

Filius natu secundus, est Vir Prænobilissimus, Amplissimus, & Consultissimus CHRISTIANUS MICHAEL STEVER, Consul inclytæ hujus civitatis Primarius & meritissimus, qui in matrimonium duxit omnibus virtutum fœminarum ornamentis coruscam, JUSTINAM REGINAM, Viri quondam Nobilissimi ac prudentissimi VALENTINI BESELINII, Senatoris urbis hujus multis nominibus æstumatissimi, nec non optimæ pariter ac ornatissimæ Matronæ REGINÆ ELISABETHÆ HAGEMESTERIE Filiam, à Parentibus, dum viveret, impensissimè dilectam, & in matrimonio illo per DEI gratiam adhuc durante felici, exoptato & fœcundo, exosculatus est quinque Liberos, tres filios & duas filias. JOHANNEM nempe VALENTINUM, J. U. Candidatum, paternarum virtutum feliciter æmulum, CHRISTIANUM FRIDERICUM, Philosophiæ Studiosum, vestigiis itidem Paternis insistentem, & THEODORUM ERNESTUM, in solatium Parentum
tum

tum egregiè adolescentem. ANNA ELISABETHA autem & JUSTINA MARGARETHA, sunt Filiæ nominatæ duæ, quæ deliciis ac virtutibus suis virginis Parentes Venerandos ivaviter oblectant, & gratæ sunt.

Filius natus tertius Nobilissimus & Amplissimus JOACHIMUS FRIDERICUS STEVER, qui, Postquam studia juridica auspiciis saluberrimis Juris Cti quondã in hac Alma celeberrimi, egregio ac salutari successu promota, in Kiloniensi Academia ex voto absolverat, Ephorus constituebatur Generosi Juvenis, Viri Generosissimi ac maximè Strenui *Potentissimi Danorum Regis*, Generalis in diversis militiæ gradibus Majoris de BULAU, Filii, & occasione suscepti cum eodem itineris, Belgium Fœderatum, Angliam & Galliam necessaria & utili maximè pro studiis politicis conditione perlustrabat. Haffniam ex itinere feliciter autem redux Viro Perillustri ac Generosiss, CHRISTIANO SIEGFRIED de PLESSEN, *POTENTISSIMI DANORUM REGIS* Consiliario Intimo & Equiti Ordinis Regii Elephantini per aliquod tempus à secretis erat, non sine insigni Domini sui Gratiolissimi assensu. Sed cum uberiores studiorum suorum & negotiorum feliciter gerendorum successus sperandi essent, præmature suo obitu die ab eclipsi solis anno 1699. notabili bonorum omnium, quibus innotuit spes non sine eorum insigni luctu decollavit, ipse lucis hujus mundanæ eclipsin quidem passus, sed ab æternæ salutis sole eò excellentius illustratus ad æternitatem salutarem prævit suæ Matri venerandæ.

Filius natus quartus est Nobilissimus & Amplissimus THEODORUS MATTHÆUS STE-

B 3

VER

VER, qui post absoluta sua studia variis defunctus est Ephoriis Illustrium & Generosorum t. t. Juvenum, eosque inter Comitum de BROCKDORFF, Beati jam Cubicularii de KNUTH, & Dn. de CHARISIUS, post repetitum iter, quo sic magna ex parte Galliam, Angliam, Belgium Fœderatum & Hispanicum, & maximâ parte Germaniam peragravit, & Linguarum exoticarum eloquentiam sibi gradu magis quàm necessario sibi comparavit, Gymnasticorum item exercitiorum ad scopum conducentium adminiculis sufficientibus instructus fuit, aliquandiu commoratus est in Regia Danorum sede, donec ob pestilens contagiū vires capiens ante annum & quod excurrit Hassniæ valediceret, jam Hamburgi felicissimè degit.

Filius natus quintus est honestissimus & integerrimus JACOBUS ERNESTUS STEVER, Civis & Mercator conspicuus, & Secretarius novæ Cassæ fidelissimus, qui Anno 1705, conjugali sibi vinculo associavit Virtutibus, quæ sexum sequiorem decent, admodum fulgidam Virginem, MARIAM TARNOVIAM, Viri quondam Prudentissimi ac integerrimi JOACHIMI TARNOVII, Senatoris hujus Civitatis meritisimi & Fœminæ sui sexus virtutibus elegantissimæ ANNÆ CATHARINÆ GRISENIÆ Filiâ. Quod conjugium ut ut breve fuerit, exoptatum & simul fœcundum erat, dum Filiam unicam ANNAM CATHARINAM tanquam amoris conjugalis delectabile pignus, marito suo adhuc Viduo reliquit, cum A. 1706. post superatum quidem felix puerperium, sed ab ejus tædiis posthæc periculose supervenientibus ex hac miseriarum valle migraret, non sine mariti acerbissimo dolore.

Ut

Ut autem Filios Beatæ nostræ recensui eorumq;
præsentem statum, ita pariter & Filiarum mentio in-
stituenda est. Natu prima *ANNA SOPHIA*, in primâ
statim infantia adeoq; simul ac nata iterum denata est.

Natu autem secunda est, *ANNA MAR-
GARETHA* fœmina sui sexus Virtutibus splen-
didissima. Hæc gratisimo quodam aliquot ab-
hinc annis matrimonii fœdere conjuncta est Viro
Admodum Reverendo & Præcellentissimo *DAVI-
DI FRIDERICO GERDESIO*, Præposito Synodi
Grimmensis in Pomeraniâ anteriori Vigilantissi-
mo, & Philosophiæ Magistro Præclarissimo, ingratif-
simo tamē & dolorosissimo principio anni hujus cur-
rentis, mense Januario, ab eodem iterum sejuncta est
in civitate Strahlsundensium celeberrimâ, ad quam ob-
ingentes bellorum turbas, se receperat; Postquam igitur
sic morte ab eodem cum quinq; privignis obitum
nunc & Parentis sui honoratissimi acerbissimè dolen-
tibus, separata, ob immanes belli procellas ad Patriâ
dulcissimam recedere coacta est; Sic ad Matrem Vene-
randam confugit, quam in ultimâ senectutis ac mor-
bi lethalis infirmitate filiali suâ pietate & cura lauda-
tissimum in modum sublevavit.

Hos optimos igitur Liberos in lucem edidit Bea-
ta nostra, & iis quidem ipsis felicitate conjugii opti-
ma est gavisa; ast ut infida ea & inconstans esse solet,
ita etiam suam exercuit perfidiam in Nostra, cum suo
Marito charissimo Að. 1671. morte præmatura orbare-
tur. Non leve id vulnus erat, quod ipsi t. t. infligeba-
tur, dum dimidia sui corporis parte, suâ coronâ pri-
vata in amplam sic calamitatem, quâ orbata marito
mulieres Viduæ dici solent, protrudebatur. Sed tristis
hicce casus eam non transforſu rapuit, sed confisa Deo,
experta

experta est ipsius singularem clementiam ac benedictionem, ut in omnibus ita in educandis suis adhuc juvenis liberis, ut inde variis gaudiis affecta, & delectamento & auxilio sua in senectute gavisâ sit, Liberos septem Mater, duodecim Nepotum & neptum Avia, & quatuor Pronepotum Proavia. Sic Senium suum octuagenarium & ultra devotè tanquam felicissimæ matris piè & placidè confecit, & sui memoriam suavem & notabilem tot Liberis & in honorum fastigio positis & felicibus reliquit, non facîle intermorituram.


Cum igitur mœstissimi Liberi hodie suæ optimæ Matri parent justa exequialia, publica Ipsis nostro frequenti comitatu sufficiemus solatia; Ea propter Vos Cives Academiae omnes, & O. O. H. ea qua par est, Humanitate invito, nec dubito, quin mecum funus hujus Matronæ laudatissimæ frequentes sitis comitaturi. Sic nostras cogitationes de quotidiana morte & æternitate sapientes adhuc ulterius sustentabimus, & vitæ nostræ ærumnas & varias & multiplices rectè pensitando deprehendemus, eas non nisi carceres, & vincula esse, & sic facîle confitebimur, quod, cum pia morte iis omnibus felicissime exsolvi possimus;


Insani hominis sit, ægre ferre,
se carceribus ac vinculis ocys
expediri.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS
d. 26. Junii Anno 1713.

Convenerunt hic hora Imâ in Aede D. Jacobi Sacra.

✠ (O) ✠





*sum exiitit, subsequente intra aliquot
Hemiplexia, & post paucos dies beata anal*

Mortis genus induxit casus ad ter-
quem fatalem jam olim PHILIPPUS ME
in senibus notavit, ut hinc observatio ipsi
senes ante obitum plerumque cadant.
igitur porrò in solatium superstitionibus
est, quam diu habuerint Matrem, Matronam,
dam, & mittant animum potius in Præ-
pus, quàm in futurum, sic ejus recordari
are poterunt, cujus preces, amor, favo-
do materna & quæ alia inde emanarunt
fuere charissima. Hoc probè pensitari
interpretabuntur ingratorum esse, bene-
accepti finem injuriam interpretari, &
inter Parentes & Matrem bonam boni-
& singulare numerandum DEI beneficium
perquam diu eam habuisse, duplex DEI
duplex beneficium habendum, quod in
genere vel summum superat, at carere
velle, esset inhumanum. Quibus orationem
non volo, ut Lugentes præsentis funeri-
sentiant, sed non volo, ut non ferant.
mo pietatis & rationis temperamento
næ obitum dolere possunt & eundem
eere. Cur enim tot laboribus & la-
defunctæ Matri invidere vellent quieti
emenfos humanarum & suarum (cum
miseriarum valle parcatur,) calamitatibus
grè ferrent in portu eam navigare? E-
byssu amplius & serico implicari vove-
relictis lugentes, quam bysso jam (ut
lypsi) investivit Agnus albo & munda-

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
W
X
Y
Z
Copyright 4/1999 VysMaster GmbH www.vysmaster.com

Vierfarbselector Standard - Euroskala Offset

A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
Focus
O
Balance
Q
R
S
T
U
V

quiescent potius in DEI sanctissima voluntate, & gra-
 tulabuntur Matri mortuæ, ac beatitudinem è longin-
 quo dilectissimæ & Venerandæ suæ apprecabuntur,
 cum jam DEO fruatur propius, & suis gratiæ immen-
 sâ donis recreetur in æternum. Ut autem etiam,
 constet, quibus parentibus nata jam beata nostra sit,
 sequentibus patebit. Nimirum nata est Rostochiî
 die 23. Aug. Anno 1632. Patre Nobilissimo & Strenuo
 Dno. JOHANNE NEUENHAGEN, Præfecto Du-
 cali Meclenburgicæ Præfecturæ Guftroviensis &
 Schwanensis fidei, & Matre Fœmina sui sexus
 virtutibus præcipue conspicua ANNA Habemanns.
 Avus hujusmodi JOHANNES BLIESCAW
 Ducalis BLIESCAW
 maximè industrius,
 HA Geppins / B.
 in Rostochiensis
 um Maternum
 JOHANNEM
 linensis me-
 em Præfectum
 am ANNAM Rû-
 is hujus Civitatis Pri-
 miffimæ ANNÆ Brügger
 s Parentibus nata, & per Ba-
 nomen ANNÆ obtinuit, & ut
 charissimis erant, ita simul omni cum cura,
 educata ex fide vera & virtutibus sui sexus conveni-
 entibus imbuta est, quanquam DEI ex benepla-
 cito Parente suo optimo, cum vix annorum sextum
 compleverat, pestis ferociâ Aõ. 1638. orbaretur, Ma-
 ter tamen debitam educationis Filiolæ suæ charissi-
 mæ

